DE CONJUNCTIONE.

Quid eſt Conjunctio?

Conjunctio eſt, quæ ſuperioribus ſententiis aut partibus ſubinde alias annectit: ut, *Nox & amor vinumq; nihil moderabile ſuadent.*

Quot accidunt Conjunctioni?

Duo: Significatio & Ordo.

SIGNIFICATIO.

Copulativæ: *Ac, atq; et, etiam, item, itemq; nec, neq; neu, neve que, quoq; cùm, tùm, ſimul, quinatiam, ſed &, adeò pro etiam.*

Conditionales: *Si, ſin, ni, niſi,* wo nicht / *ſi quidem, modò, dum, dummodò, quòd ſi, quoad, quatenus, alioqui, cæteroqui, aliàs.*

Exceptivæ: *at, niſi* ohne nur / *præterquã, extraquã.*

Disjunctivæ: *aut, ſeu ſeu, ſive ſive, ve, vel, ſed* ſondern.

Explanativæ: *ſeu, ſive, vel, et, ſcilicet, videlicet, nempe, nimirum, què utpote, ut.*

Conceſſivæ: *Etſi, etiamſi, tametſi, quanquam, quamvis, licet, ut, quidem, equidem, ſanè.*

Adverſativæ: *Aſt, at, atqui, autem, intereà, interim, tamen, ſed* aber / *ſed enim, verò, verùm.*

Cauſales: *Enim, etenim, nam, namq; quia, quòd, quoniam,*